n *Alij verò dicunt.*] Adde, quòd idē tenet Vulpell. conſ. 52. nu. 2. & de hoc vide etiam Maſcar. de probat. concluſ. 1311. n. 51. vo. 3. ubi dicit, quod ità ſeruatur de generali conſuetudine Italiæ; & ità ſemper uidi ſeruari in quocūque delicto. *Bai.*

o *Ex cōſuetudine.*) Adde vltra allegatos in tex. q. idem nouiſſime teſtatur Franc. Caſon. tractat. de torm. c. 16. nu. 6. vbi formaliter dicit, quod de cōſuetudine totius Italiæ rei interrogantur de ſocijs in omni caſu. Et idē etiam tenet, quando proceditur per accuſationē, quod nota. *Giach.*

p *Sed certè.* Cartar. de execut. ſent. nu. 59. c. 2. Farin. d. num. 64. *Roſ.*

q *Vnus tamē eſt caſus.*) Limita non credi aſſerēti mandatū, quando nihil aliud concurrit infr. hac eadem q. verſ. & ex hac concluſione: hoc idē in auxiliatore inf. q. 90. uer. Aut verò, in prin. ibi, fuit enī bis tortus ſuper ſciētia: & aduerte, quia in iſta materia ſociorū nō ſolū ſit differentia, vtrum ſimus in caſibus exceptis, necne, vt hic, ſed etiā ſit differentia, utrū ſimus in his, quæ ſunt facilis, vel difficilis probationis, ita vt in difficili probatione indiſtinctè ſuper ſocijs interrogari quis ſoleat: & tunc ſocius criminis etiā ad torturā idicium facit, quod intellige cū aliqua alia concurrant cum tali dicto ſolius ſocij: Hæc, & multa in hoc propoſito faciētia vide per Cra. conſ. 178. diffusè ſub n. 3. & in his, ac ſimilibus caſibus recurre ſemper ad tex. elegantē in l. fi. in fi. C. de accuſ. Limita tamē ſocium criminis facere indicium, vt ſup. quò ad alios diuerſos, non verò contra eos, cum quibus maleficium commiſiſſe fateatur, vide Ludouic. Catum alios referentē inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 99. ſub nu. 25. par. prima. *Drogh.*

r *Obſeruari.*] Ad idem uide Natt. conſil. 138. numero 22. & 298. numero 2. *Giach.*

s *Retenta igitur.*) Far. d. q. 43. num. 43. & plur.

nes Salyc. ſeruantur in practica. Alij verò dicunt, quod, quicquid ſit de iure, hodie ex conſuetudine interrogātur rei in omni caſu: & de hac conſuetudine atteſtatur Gand. & Iac. de Beluiſ. prout illos refert Blanchus de indicijs. numer. 374. & Fulg. conſ. 173. num. 2. qui ſubdit illud intelligendum eſſe in eo, qui eſt malæ famæ, prout eſt quæſtio propoſita per Gand. in loco prǣallegato. Refert etiā Paris Put. de ſyndic. fol. 460. cap. 4. poſt num. 1. & fol. 480. poſt nu. 1. Practic. Caſoni, fol. 85. nu. 6. & fol. 86. num. 3. p *Sed certè hæc conſuetudo in hoc dominio non ſeruatur, niſi in furibus, fraudatoribus ſalis, vel bladorum, aſſaſſinis, & latronibus, qui in vijs publicis graſſantur: in cæteris autem ſemper vidi ſeruari ius commune. Et ideò laudabile eſſet, iudicio meo, adhærere iuri cōmuni, vbi in ſpecie non vigeret talis conſuetudo.* q *Vnus tamē eſt caſus, in quo ſemper reus interrogatur, & torquetur ſuper mandante, quando ſcilicèt apparet quod illud delictū cōmiſit non ſua cauſa, puta, quia nihil ad eum pertinebat: tunc enim quia tenetur pro certo, quòd fecit ad alterius inſtantiam, ſolet torqueri ſuper mādante. Et ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in tit. præalleg. de indic. poſt num. 156. verſ. Primo conſidero. Et licèt ipſe poſt Salyc. loquatur in perſona vili, ego tamē illud vidi in omnibus indiſtinctè* r *obſeruari.*

Retenta igitur s *communi concluſione, &* t *diſpoſitione*
5 *iuris communis, ſcilicèt quòd delinquens non ſit ſuper ſocijs interrogandus, niſi in criminibus exceptis, ſecundum ius cōmune, vel conſuetudinem loci, in quo proceditur, videamus, quod indicium faciat dictum ipſius* t *delinquentis contra ſocium ad eo nominatum. Et pro reſolutione dico, quòd aut quærit, an dictum ſocij criminis ſufficiat* u *ad inquirendū, ideſt ad aſſumendum alias informationes contra eum, qui ab ipſo nominatur: Et in hoc Roman. in leg. & ſi certus, in princ. ff. ad Syllan. dicit, quòd cōmuniter concluditur* x *quòd ſufficiat ad fundandam inquiſitionem: quem refert, & ſequitur Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Fama publica, num. 31. & Gram. conſil. 21. n. 10. conſil. 67. in fin. & Ioan. de Amicis conſil. 27. numer. 5. & Nouel. in pract. crim. fol. 64. nu 19. Et quòd ſufficiat ad inchoandam inquiſitionem, dicit communiter ita intelligere Doctor. Ioan. de Amicis, in d. conſ. 27. nu. 3. Et hæc concluſio intelligenda eſt vt procedat, ſiue talis delinquens illum ſocium nominauerit ad interrogationem iudicis ipſum in genere interrogantis, an in maleficio committendo aliquis alius interuenerit, ſiue etiam illum ſponte ſua nominauerit, dum contra ſe examinaretur, puta, quia poſtquam confeſſus eſt ſe Titium occidiſſe, iudex iubeat illum narrare quomodo occiderit, & ipſe dicat, quòd tali die ipſe, & Petrus, tali, & tali modo illū occiderunt, &c. nam vtroque caſu talis nominatio aperit viam iudici ad inquirendum, & aſſumendū alias informationes contra Petrum nominatū, etiam ſi prius contra ipſum nihil aliud eſſet in proceſſu: neque puto faciendā eſſe aliquam differentiam, an ſimus in criminib. exceptis, vel non: nām etiam in criminib nō exceptis credo, quod faciat indicium ad inquirendum. Et ità loquēdo etiam in criminib. non exceptis dicit tenere communiter Doct. Blanc. de indic. nu. 389. quem refert Villalob. in ſua collecta commun. op. in litera C. numero 203.* y *Et licet Ruin. conſilio 147. numero primo, in fine libro quinto dicat communem opinionem eſſe, quod in caſibus non exceptis nullum faciat indicium ad inquirendum, neque ad procedendum, ſiue id ſpontè dixerit, ſiue ad interrogationem Iudicis, quem refert, & ſequitur Rolandus conſilio ſeptuageſimotertio, numero ſecundo libro tertio: ego* z *tamen credo contrariam opinionem eſſe communem, & illam ſemper vidi de conſuetudine obſeruari; hoc enim caſu dictum iſtius ſocij non eſt tanquam dictum teſtis, ſed tanquam denunciatoris, vel notificantis, qui tantummodo aperit viam iudici ad inquirendum, prout faceret quicunq. alius notificator, ſeu denunciator, etiā infamis, & vilis,*

ſeqq. & quis dicatur ſocius criminis Bald. conſ. 407. lib. 4. & dictum ſocij quando faciat indiciū contra conſocium. Fari. dict. quæſt. 43. uol. 2. numero 125. 126. 127. 129. *Roſ.*

Retenta igitur cōmuni concluſione.] Adde, quod hoc dictum, quòd
23 particeps delicti non debet admitti in teſtē, procedit quādo producitur ad probandum delictū contra alium, cum quo participauit in delicto, & ſic ad finē, vt ille puniatur criminaliter, vel ciuiliter, nō autē, quādo proceditur contra tertium, quia tunc admittitur ſecundū Rui. in conſ. 158. nu. 18. vol. 5. Sed de hoc dicto ego valde dubito, quia poteſt opponi, quòd ſit criminoſus, & infamis, ut per D. Clar. in q. 53. verſ. ſed nunquid, & per addita in hac quæſtione in verſic. Si verò quæris. *Baiard.*

t *Dictū ipſius delinquētis.*] Et de modo tenēdo interrogandi ſuper ſocio infr. quæſt. 64. uerſ. ſucceſſiuè quæro, in fin. vbi dixi, adde ſup. q. 20. ver. ad formandam: infra q. 45. uerſ. Debet autē Iudex, & ibi latius: Flam. Chartar. in ſua pract. interrogandorum reorum, lib. 2. c. 1. nu. 70. *Drogh.*

u *Ad inquirendum.*) Ideſt ad aſſumēdas alias informationes. Hoc idē habetur ſupra q. 7. verſ. Habes igitur in principio. *Drogh.*

x *Quod ſufficiat.*) Grā. conſ. 66. in crimin. Laur. Chircou. commun. opi. libr. 3. concluſ. 138. in lit. S. *Roſ.*

Et licet Ruin.] Farin. vbi ſup. nu. 190. *Roſ.*

z *Ego tamen credo.*] Plot. conſil. 31. n. 5. Rol. conſ. 57. nu. 24. lib. 4. Farin. d. q. 43. numero 129. 130. *Roſ.*

Debent

a *Debent tamen.* Vulpell. conſ. 52. Cartar. de execut. ſenten. cap. 2. num. 82. & 84. Farin. d. q. 42. nu. 132. *Roſ.*

Debent tamen Iudices, quantum poſſibile eſt. Adde, quòd hodie de conſuetudine ſit interrogatio in omni cauſa de con-
24 ſocijs, † Blanc. in tract. de Indic. num. 374. & inculpatio in caſibus, de quibus de iure non debuiſſet interrogari, de conſuetudine
25 facit indicium † ad torturam, ſi perſona nominata ſit malæ conditionis & famæ, Gandin. in tit. de quæſt. num. 18.

Item adde, quòd gra-
26 tiatus, † ſiue abſolutus, ſicut reus non poteſt regulariter interrogari de ſocijs, ità ipſe etiam tanquam teſtis de ſocijs interrogari non poteſt, nec etiam in crimine hæreſis, vt latè per Dec. in conſ. 137. n. 12. & 14. dicit tamen: Paris de Puteo in tract. ſynd. in ver. tortura, c. 2. per totum. Sed hodie per Sac. Conſil. Neap. ſeruatur indiſtinctè, quòd ſocius gratiatus, qui, vt delictum publicet, habuit gratiam de pœna, quo ad ſe, torquetur nō obſtante gratia, vt faciat Indicium cōtra ſocios, ità Franch. dec. 459. vol. 3. quod gra-
27 tiatus à Principe occaſione delictorū ab ipſo commiſſorū poterit torqueri pro intereſſe partis ad ſciendum damna data, & particeps, vt lux veritati appareat per ſuam confeſſionē, quia Princeps, concedendo gratiam, non videtur remittere Ius partis, licèt remiſerit pęnā: nec obſtat, quòd tortura ſit pęna, quia iſto caſu non conſideratur vti pęna, ſed vti inquiſitio, & probatio veritatis, Princeps enim remittendo pęnam non videtur remittere probationem per tormēta principalis, quæ ſit ad reuelandam partem offenſam ab onere probādi, & eſt ius partis, & Pariſ. ſequitur Ant. Scap. in tract. Iuris non ſcripti, lib. 5. c. 119. num. 19. cum ſeq.
28 Item adde, quoad ſuggeſtionem, † quòd idem tenuit Paul. de Caſt. in conſil. 284. volum. 2. Foller. in pract. crimin. in tertia parte, in uerſicul. & ſi confitebuntur, numero 76. debent enim Iudex interrogare reum in genere, ſi cum aliquo fecit rixam, & debet cauere, vt non interroget, an percuſſerit Caium cum enſe in brachio, vel in tali loco, ac nominare aliquem, quòd cum eo fuerit ad delinquendum, Caſtren. vbi ſupra, & Bolog. in addit. ad huczar. in tract. de indic. numero 24. & 25. & Brun. in tractat. de indic. & tort. quæſtion. 5. 2. partis, numero 56. vbi de ſuggeſtione non fienda reo, nec teſtibus, & quando reus eſſet ità

indiciatus, quod appareret illū cōmiſiſſe delictū, poſſet Iudex interrogare in ſpecie, Boſſ. in tit. de exam. reorū, n. 12. *Baiard.*

b *Id enim potius ſuggerentis.*] Adde infr. q. 4. verſ. Debet autem, circa principium. Hoc idem habetur per Boſſ. exam. reorum, tit. de num. 12. *Drogh.*

lis, iuxta ea, quæ dixi ſupra, quæſt. 7. verſic. quæro igitur, & ſeu quilibet alius teſtis etiā non idoneus, iuxta ea, quæ dixi ſupra, verſic. vnus teſtis. Et opin. Ruin. poſſet procedere in caſu ſuo, ſcilicet ad formandam inquiſitionem, de quo dixi infra verſic. Si vero quæris. a *Debent tamen iudices, quantum poſſibile eſt, cauere, ne reos interrogent ſuper ſocijs, niſi in caſibus, in quibus id ſibi eſt à iure, vel à conſuetudine permiſſum, præcipue vero ne in aliquibus caſibus etiam permiſſis reos interrogent in ſpecie de aliqua certa perſona, niſi contra eam adſit aliquod indicium ſufficiens ad inquirendum ſpecialiter contra ipſam, ſiue ſimus in crimiminibus exceptis, ſiue non:* b *id enim potius eſt officium ſuggerentis, quàm interrogantis; debentque ab eo iudices omnino abſtinere, ne proprias animas perdant, & alios indebite vexent. Et hoc caſu crederem, quod totus proceſſus, qui deinde fieret contra aliquem ita ſuggerendo à iudice nominatum, non præcedentibus aliquibus indicijs, eſſet ipſo iure nullus: & proximis menſibus in facti contingentia ita iudicatum fuit per magiſtrat. & grauiter reprǣhenſus quidam prætor à nobis delegatus, qui delinquentem, ita ſuggerendo, contra alium interrogauerat. Si vero quæris,* c *an dictum ſocij criminis ſufficiat, non modo ad fundandam, vel inchoandam inquiſitionem, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem, ſeu libellum criminalem contra ſocium nominatum; ita vt teneatur perſonaliter comparere, & defenſiones ſuas facere: Aliqui tenet, quod ſufficit; & dicit Boſſ. in titul. de inquiſit. numer. 44. & clarius in tit. de indic. num. 182. quòd ita ſeruatur: in quibus locis loquitur etiam in caſibus non exceptis, & allegat in hoc propoſito deciſ. Roman. quam ego ſuperius retuli, verſic. retenta igitur.* d *Tu dic, quod imò in caſibus non exceptis, non eſt ſufficiens indicium ad formandam inquiſitionem. Et hanc dicit eſſe communem Doctorum ſententiam Dec. conſ. 189. numer. 9. quem refert Pract. Conradin. fol. 155. in princ. Et Viuius in libr. communium opin. fol. 263. verſic. In teſtem non admittitur, Rol. conſil. 16. num. 7. libr. 1. Sed in exceptis vtique eſt ſufficiens, ſecundum Rolan. in eod. conſil. 16. numer. 2. qui dicit quòd hæc eſt recepta Doctorū ſententia, quod ſufficiat ad inquiſitionem: non tamen clare explicat, an ſimpliciter ad inquirendum, an autem etiam ad tranſmittendum inquiſitionem: ſed ego ita ſemper vidi ſeruari.* e *Scias tamen,* f *quod hæc concluſio, quòd dictum ſocij criminis ſufficiat ad inquirendum, locum non habet, quando talis ſocius criminis, vltra illud crimen, eſſet* g *etiam periurus, nam eo caſu neque etiam facit iudicium ad inquirendum. Et hæc eſt indubitata iuris concluſio, vt dicit Rolan. conſil. 73. numer. 18. lib. 1. Quod quidem ego*

c *Si quæris.*] Far. d. q. 43. a n. 125. vſq; ad 131. Chircou. d. cōcl. 38. *Roſ.*

Si verò quæris, an dictū ſocij criminis.] Adde
29 quod reo criminis, † qui cōfitetur de ſe, non creditur de alio: & rō eſt, quia cū nō poſſit aliū accuſare, nō pōt teſtificari, quia accuſatio, & teſtificatio pari paſſu ambulāt & etiā quia eſt infamis; Quid ergo ſi Iudex primo eū in aliū examinaret, & tūc non erat infamis 2. examinaret eū in ſeipſū; idē eſſet ſi incōtinēti, & in eo diſtrictu ordinis, vel fortè indiſtictè non valeret, ne fiat fraus legi prohibenti, ita dicit Bal. in c. cū Monaſteriū, num. 5. de conf. *Baiard.*

d *Tu dic, quod imò in caſibus nō exceptis.*) Dictū ergo ſocij criminis in caſib. nō exceptis nō eſt ſufficiēs ad inquirendū; contrariū tamen, quādo tale dictum eſt confirmatum in tortura, ſup. in §. falſum, verſ. Subornans, & habetur clarè apud Hippol. Rimnald. inter conſ. crim. diuerſ. conſil. 106. ſub n. 10. p. 1. Quinimò in delictis, quæ nō ſolent committi in odiū alicuius, ſed tantum ad propriū commodū, tunc indiſtinctè ſocius criminis facit indicium. Alex. conſ. 69. n. 8. vol. 2. Dixi ſupra hac eadem q. verſ. vnus teſtis, Adde inf. q. 45. verſ. ceterū; & ideò tortura confirmat fidē, infr. q. 53. verſ. Tertius eſt caſus. At qui dicātur caſus excepti, ſiue atroces, ſup. §. 1. ver. ſūt etiā: Demū vt dicā quod in hoc paſſu ſentiā, vtrū vi. quis poſſit interrogari ſuper ſocijs, nēne; placet mihi op. Salyc. relata per Alex. cōſ. 89. ſub n. 3 ib. Vel ſecundū Sal. in d. l. fi. vol. 3. vt quis poſſit interrogari ſuper ſocijs in his, quæ regulariter committi non ſolent abſq; ſocijs, & ità ſemper ſeruaui abſq; ſuggeſtione tamen, de qua ſupra. *Drogh.*

e *Seruari.*] Cartar. de execut. ſent. c. fin. n. 75. & 77. *Roſ.*

f *Scias tamen, quòd hæc concluſio.*) Item adde, quòd debet intelligi de eo, qui eſt periurus ſuper iuramento licito, vt per Dominum Clarum ſupra in §. periurium, verſ. repellitur, & Ruin. conſ. 158. num 20. vol. 5. *Baiard.*

g *Eſſet etiam periurus.*) vel bannitus, vt in ſtatuto Mediolani, de quo per Boſſ. tit. de inquiſ. n. 14. & ſeq. Rol. conſ. 57. num. 15. & 22. lib. 4. Farin. q. citata, num. 180. & ſeq. *Roſ.*

 h *Qui-*

intelligo, vt procedat quò ad tranſmittendam inquiſitionē, ſed quò ad aſſumendas informationes certe ſufficeret : [n] qui nimo ad formandam inquiſitionem, & plerunque etiā ad torturam, conſuetudo obſeruat, quod ſufficiat. Vide, quæ dixi ſupra hoc eodem libero §. falſum. verſic. [k] ſubornans.

Succeſſiue quæro, nunquid huiuſmodi nominatio facta per
7 *ſocium criminis faciat indicium ad torturam. Reſp. Si loquamur in criminibus non exceptis, in quibus non poteſt delinquens de conſocijs interrogari, res de iure nullam habet difficultatem, talis enim nominatio nullum facit indicium niſi ad inquirendum, vt dixi ſupra, verſicul. ſi vero ſupra, & ita tenent communiter Doct. vt dicit Practic. Carer. fol. 95. num. 123. Sed quicquid ſit de iure, dicit Gand. de malef. in tit. de quæſtio num. 28. quòd de conſuetudine vidi torqueri. Idem etiam fere per eadem verba dicunt Iac. de Beluiſ. in Prac. crimin. in tit. de quæſt. colum. 11. verſicul. Iuxta hoc quæritur, & Guid. de Suz. in tract. de indicijs, & tortura, numero 55. & Baldus in tract. de quæſtion. fol. 255. [m] numer. 4. in fin.*

Sed [n] quid in criminib. exceptis ? Reſpon. quod adhuc
8 *talis nominatio (alia preſumptione non concurrente) non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Et eſt communis opin. vt dicit Boer. deciſio 319 numero 1. quem refert Rolan. in d. conſil. 19. numer. 17. Gram. voto 6. numer. 7. quem refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in litera C num. 152. Rolan. in d. conſil. 73. num. 20. Et dicit Afflict. ſuper prima parte conſtitut. regni, rub. 27. num. 34. quòd vidit pet multos ſapiētes ſic fuiſſe deciſum in facti contingentia, in crimine læſæ Maieſt. Et illum refert Pract. Carer. fol. 320. numer. 101. in fin. [o] Bene facit hæc nominatio cantra nominatum aliqualem præſumptionem, vt fere omnes fatentur : & dicit eſſe communem opin. Boer. in d. deciſ. 319. nu. 4. [p] quæ quidem aliqualis præſumptio habet tanta vim, quod concurrent aliqua alia ſuſpicione poteſt reus tormentis ſubyci, ita concludit Sal. in l. fin. circa fin. verſicul. ſed ego reſpondeo, C. de accuſ. Et dicit Boſſ. in titul. de indic. numero 149. quòd illud dictum Salyc. quotidie practicatur, & Doctores illud ſequuntur. Et ita ſæpius vidi ſeruari.*

Et ex [q] hac concluſione infertur, quod ſolum dictum

h *Quinimo etiam ad formandam.* Ex magna intellige ſuſpicione, de qua ſupra quæſt. 20. uerſ. finali ad fin. Adde infra hac eademque uerſ. Inimicitia urgens in fine. *Drogh.*

i *Plerunque etiam ad torturam conſuetudo obſeruat.*) Adde quod ita affirmat Boſſ. in tit. de indicijs numer. 156. quòd conſuetudo obſeruat, quòd attenta tortura ſo-
31 cij criminis, † vbi tamen adſit aliud adminiculum, deuenitur ad torturam. Sed Rolan. in conſ. 94. nu. 16. & conſ. 98. numer. 19. cum ſeq. uolumin. 4. Boſſ. & D. Clar. de huiuſmodi cōnſuetudine atteſtantes impugnare conatur, dicēs, quòd ſeruari nō poſſunt, niſi quòd ſit conſuetudo ſtatus Mediolani, vbi fuerunt ambo ſenatores. Ego autem miror de tā-
32 to viro, † qui ſic animoſè dicat contra iſtos Excellentiſſimos viros, & tàm magnos practicos, quia per viginti ſeptem annos continuos hanc conſuetudinem, alio tamen concurrente adminiculo, & tortura ſocij criminis, practicaui, & practicari vidi in ſtatu Eccleſiaſtico, & in Regno Neapolit. & ita practicabant, & quotidie mei Auditores practicant, alias omnia ferè delicta remanerent impunita, præſertim occulta, quia non reperientur; & eſt aduertendū, quòd Boſſ. & Dominus Clar. quando atteſtatur de conſuetudine ſtatus Mediolani, dicunt, ita ſeruat Senatus apud Nos & verba ſimilia; & non atteſtantur de conſuetudine in genere prout faciunt in caſu, de quo tractatur, & quando teſtes plures patiuntur defectus, an talis cōſuetudo ſit ſeruāda, latè poſui infra ad q. 24. in verſ. ſciendum eſt tamen. *Baiard.*

K *Subornans*] Item in materia corruptionis, ac ſubornationis teſtium & in materia teſtis periuri, ac falſitatis, probationis indiciorum, vide per Ioan. Ceph. conſ. 233. & ſeq. *Giach.*

l *Succeſſiue quæro.* Farin. d. q. 43. nu. 3. 4. 24. 25. & 28. *Roſ.*

Succeſſiue quæro nunquid.] Adde videndum omninò Maſcard. in tractat. de probat. concl. 1311. per totam, vbi magis latè, quam alij hanc quæſtionem tractauit, cum multis ampliationibus, limitationibus, & declarationibus, & quid de
33 ſocio criminis, cui ſit promiſſa impunitas, an probet † Boſſ. tit. de oppoſit. contra teſt num. 21. *Baiard.*

m *Nu. 4. in fi.*) Vulpel. cōſ. 27. n. 2. & conſ. 30. n. 7. & 8. *Roſ.*

n *Sed quid in criminibus.* Vulpell. d. conſ. 52. Chirco. d. concluſ. 38. & Farin. vbi ſupra nu. 131. 145. & 152. *Roſ.*

34 *Sed quid in criminibus exceptis.*) Adde, quòd ſocius † criminis, etiam quòd eſſet tortus ſolus, ideſt, ſi alia non concurrunt, non facit indicium, nec in criminibus exceptis; ſed ſolū facit qualē qualē præſumptionē; Gram. in cōſ. 66. n. 3. *Ba.*

o *Bene facit.*) Farin. ubi ſup. num. 145. *Roſ.*

Quæ quidem aliquis præſumptio.) Adde, quòd dictum ſocij criminis cum diffamatione rei facit ſemiplenam probationem, & ſi cum ſocio criminis concurrat vnus alius teſtis idoneus, fit plena probatio, ſecundum Calca. conſilio 110. columm. 1. in fin. quem refet, & ſequitur Crau. conſilio 178. num. 3. circa med. & ad hanc quæſtionem, quando ſocius criminis faciat indicium, vide omninò Ioann. Anton. de Nigr. ſuper cap. Regni in c. 7. frequens ſub num. 57. vbi latè cum multis limitationibus, & quæ ſint cri-
35 mina † exceptuata, & quæ adminicula habeat conſiderare Iudex, vide etiam Crau. conſil. 178. vbi hanc materiam multa accumulauit, & qualis debeat eſſe illa ſuſpicio, quæ concurrere debeat, vt poſſit deueniri ad torturam, remittitur arbitrio Iudicis, Menochius de arbitr. iud. caſu 474. nu. 47. & indicium
36 reſultans † ex dicto ſocij criminis in caſibus exceptuatis, eliditur per bonam famam, Gram. dec. 28. nu. 18. Dec. conſ. 17. & conſ. 189. & ſicut di-
37 ctū ſocij criminis † nocet, an è conuerſo exculpatio poſtea facta proſit, & ſi torqueri poterit, vide infra remiſſiuè ad verſ. aſſertio vulnerati, ibi etiam de ſtilo ſeruari.

Item adde, quòd fa-
38 cit adminiculum, † ſiue præſumptione, ſi inculpatus habuerit cōuerſationem cum inquiſito, Carrer. in l. obſeruare, n. 122. verſ. erit adminiculum, & Gram. vot. 6.

Item adde, quòd ſi ſta-
39 tutum † permittat, quòd particeps criminis ſit idoneus teſtis, & idoneus accuſator quomodo ſit intelligendum, Corn. con. 324. vol. 3. *Baiard.*

q *Et ex hac concluſione.*) Supra hac eadem quæſtione, ver.
39 Dictū ſocij ad fin. & aduertas, quod contra mandantē † nūquam poteſt abſolutè procedi, niſi prius conſtet de mandatario nec debet ordo peruerti, tex. in leg. ſi is, qui rem, la ſeconda, §. ſi tu Titium, ff. de furt. Boſſ. tit. de mandat. ad Homicidium, num. 37. Burſat. conſ. 10 num. 6. Menoch. de arb. iud. caſ. 352. infr. q. 90. uerſ. Scias autem. *Drogh.*

Et ex hac concluſione.) Adde multa exempla indiciorum
40 ad † cognoſcendum, quod quis mandauerit, homicidium cōmitti, vt per Gram. in deciſ. 34. num. 38. & ſuper iſto articu-
41 lo, an mandatarius † faciat indicium contra mandantem, vide Gramat. deciſ. 28. per totam, & in conſ. 22. conſ. 36. conſil. 44. conſil. 66. conſ. 70. & voto 34. & Ioan. Ant. de Nigr. in cap. 7. nu. 64. cum ſeq. Et ibi habetur, quæ adminicula conſiderare habeat iudex, & ibi nu. 68. latè examinat, nunquid
42 in crimine † aſſaſſinij mandatarius indicium faciat, & Burſat. in conſ. 192. num 7. uol. 2. tenet, quod nec in crimine aſſaſſini mandatarius faciat indicium ad torturam contra mandantem, aliis adminiculis non concurrentibus.

43 Item adde è conuerſo, ſi mandatarius † dicat, ſe non feciſſe,

mandatarij [r] non facit indicium ad torturam contra mandantem, niſi alia concurrant. Et eſt communis opin. vt dicit Paris de Put. de ſyndicatu, in verbo Tortura, il 3. prout illum refert Nouel. in pract. crim. fol. 66. num. 31. & ſeq. licet ego eum in eo loco id dicentem in libr. meo non inueniam. Et ita in facti contingentia conſuluit Sing. conſil. 209. Reperio tamen, quòd Bal. conſil. 429. lib. 3. deſtinguit, quòd aut talis mandatarius non ſuſcepit mandatum, & facit indicium ad torturam : aut vero ſuſcepit, & non facit ſufficiens indicium ad torturam. Et dicit Boſſ. in tit. de indic num. 154. quòd ita obſeruatur. [s] Mihi placet communis opin. vt nullo caſu faciat [t] indicium ad torturam, niſi aliqua alia preſumptio, vel ſaltem ſuſpicio concurrat contra eum, qui nominatur pro mandante : aliàs eſſet in facultate cuiuslibet ſceleſti facere, quòd quilibet vir probus ſubyceretur tormentis : quod eſſet impium, & abſurdum. Et ita ſemper ſeruari vidi, ita tamen vt in criminibus exceptis leuiores ſuſpiciones ſufficiant, quàm in non exceptis.

In [u] hoc autem propoſito
10 *aduerte tu, qui vis excipere contra ſocium criminis, vt non dicas, excipio contra te, quia es ſocius criminis, ne videaris fateri delictum, ſed dicas, [x] Excipio contra te, quia tu hoc delictum commiſiſti. Et ita conſuluit Vbe. de Bobio, Vel ſi eſt tale delictum, quod ſine ſocio committi non poſſit, vt ſodomia, vel huiuſmodi dicas, Excipio contra te, quia facis te ſocium criminis, & ideo nihil probas : quod eſt iudicio meo tutius.*

Sed [y] pone, quòd non vnus tantum, ſed duo ſocij criminis contra aliquem deponant : nunquid iſte dicetur conui-
11 *ctus, ita vt poſſit contra eum ſequi condemnatio ? Reſpon. quod non, ſed bene faciunt contra eum indicium ad torturam. Et ita in facti contingentia ſeruauit curia Burdegal. in quodam notario, contra quem depoſuerant duo teſtes, qui aſſerebant ſe ab eo corruptos fuiſſe, vt refert Boerius in allegatione deciſ. 319. Vbi etiam, nu. 17. atteſtatur idem ſeruatum fuiſſe in quodam alio imputato de homicidio, contra quem de poſuerant tres teſtes ſocij criminis, & tamen ſolummodo fuit tormentis ſubiectus. Et idem etiam ſeruari per curiam Pariſen. atteſtatur Papo, lib. 22. titul. 13. arreſto 2. & 3. Et nota, quod hoc caſu tales teſtes faciunt [z] indicium ad torturam, etiam quòd ſint ſingulares. Et ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in titul. prealleg. de iudic. nu. 159. Idem etiam ſeruari in Regno Neap. vt ſcilicet faciāt indicium ad torturam, atteſtatur Grammat. ſuper cap. Regni, fol. 120. col. 1. in fine.*

Quæro, [a] nunquid adhoc, vt dictum ſocij criminis faciat indicium, requiratur,
12 *quòd illud deponat cum iuramento. Reſp. Marſ. in prac. cri. §. diligenter, nu. 62. tenet quod ſic : & narrat ſe propterea liberaſſe quendam furem, & dicit, quòd in hoc totus mundus erat. Et iudicio meo verum dicit : quia licet quò ad ſe ipſum ſit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur vice teſtis :*

feciſſe exequendo mandatum, Sed occidiſſe motu proprio, quod erat ſuus principalis, & capitalis inimicus, vtrum ei credatur in executione mandantis, Bal. in cap. 1. de pace iur. firm. §. iniuria punitur, numer. 18 dicit recurrendum eſſe ad coniecturas, & quòd in dubio præſumitur contra mandantem leg. ſæpe, in fin. ff. de verb. ſign. de hoc vide etiam Boſſ. in titulo de delict. numer. 50. & Cepol. in caut. 39. tenet, quod excuſaret, ſi conſtaret de aliqua cauſa, & ibi per Boſſi. habetur ſi mandans fateretur, & mandatarius negaret, quod confeſſio mandantis non eliditur. *Baiard.*

r *Mandatarij.*] Obiter hic ſcias mandatariū excuſari in quam pluribus caſibus, de quibus per Carrer. in practic. pagin. 320. num. 103. vſque ad 115. *Giach.*

Mandatarij non faciūt indicium ad torturā.] Farinac. in q. crimin. vol. 2. quæſt. 44. *Roſ.*

ſ *Mihi placet.*) Carrer. in praxi in verbo ſequitur de mandatario, num. 10. & ſeq. Fari. vbi ſup. n. 11. & q. 43. nu. 16. 146. vſque ad 152. & nu. 156. cum ſequentibus ſcribit quænam ſint iſta adminicula *Roſ.*

t *Indicium ad torturā.*) Adde vt per Marſil. ſuo conſil. 22. gratia domini, verſ. non obſtat, & Ant. Cai. ad Ang. de Aret. in §. interdum furti. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſcun. Item adde, atq. vi. per Carrer. in ſua prac. crim in ſub num. 123. vbi etiā concludit, quod ſtātibus aliquibus præſumptionibus pro mandante, excuſatur mandans, licèt contra eū eſſent indicia; ſi verò non concurrant, non excuſari inquit. Item quòd mandatarij dictum non faciat indicium ad torturam contra mandātem, vi. fuſius per Rolan. conſil. 14. vol. 4. qui tamē in caſu illo aſſaſſinij tenet facere, tametſi alia nō concurrant, ſed multò fortius vbi concurrunt, vt per eundem ibid. col. fi. vbi cōſiderat aliqua adminicula cōcurrētia. *Gia.*

44 u *In hoc autē propoſito aduerte tu.*] Adde Gomeſium † de delict. c. 12. numer. 16. ubi hanc materiam tractat, & idem tenet. *Baiar.*

x *Dicas excipio contra te.*] Addas Iaſ. in § Item ſi quis. li. 2. num. 28. Inſtit. de act. *Drogh.*

y *Sed pone.*] Roland. conſilio 57. num. 36. libro 4. Farin. dicta quæſtione 43. numero 34. 37. 39. & 41. & quæſtione 45. numero 25. *Roſ.*

Sed pone, quòd non vnus tantum, ſed duo ſocij.] Adde,
45 quod hoc procedit, † ſi ſocij criminis in tortura deponant, vt per Roland. in conſilio 16. numero 18. volumin. 1. ſed Maſcard. de probat. concluſ. 1311. numero 18. tenet contrariū, ſcilicet, quòd duo ſocij, vel plures nō faciant indicium ad torturam.

Item adde, quod ſicut
46 plures † ſocij criminis non probant contra ſocium, ita nec ad eius fauorē, vt ſi ſunt quatuor in rixa, quorum tres depoſuīt quartum non fuiſſe culpabilem, eis non creditur; ita tradit Bald. in lege quoniam liberi, num. 2. C. de teſt. quem refert, & ſequitur Boer. in dec. 319. hic allegata, & Monticel. in regul. 4. ampliat. 3. & dicit Campeg. in ſuo tractat. de teſtib reg. 86. & 87. quòd ſocius pro ſocio in criminalibus non admittitur, & ad hoc vide omninò Maſcard. de probat. concluſ. 1311. & 1357. uolumine 3.

Item adde, quod in materia partus ſuppoſiti duæ mulieres honeſtæ uitæ ſocię criminis plenè
47 probant † ſecundū Deci. conſ. 342. per totum quem refert, & ſequitur Crau. conſilio 178. numero 3. de hoc uide etiā Maſcard. de probat. cōcluſio 1311. numer. 56. & concluſio 1147. n. 53. quod procedit, quando agitur ciuiliter, non autem ſi ageretur criminaliter.

Item adde, quòd con-
48 iuratio † facta inter aliquos probari poteſt per ipſos complices, & ſocios criminis, ut notat Baldus in lege quam, in uerſic. quæro igitur, C. de teſtibus, quem ſequitur Decius dicto conſilio 342. num. 2.

Item adde, quòd ſicut duō ſocij criminis faciunt indicium ad torturam, ita etiam ſufficiunt ad torturam duo teſtes
49 infames, † ut per Gram. in conſ. 1. nu. 4. & conſil. 32. nu. 14 Brun. de indic. in 2. quæſt. 1. par. nu. 7. *Baiar.*

z *Indicium ad torturam.*] Farin. d. q. nu. 38. & quæſt. 45. num. 44. *Roſ.*

a *Quæro nunquid.*] Farin. ubi ſupra, numero 141. & ſeq. *Roſ.*

50 *Quæro nunquid.*] Adde, quòd non ſufficit † ut reus iuret ſuper facto ſuo proprio, quia tunc deponit, ut pars

de